



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

CXXXV. Kaiser Karl V. nimmt das Karthäuser-kloster zu Frankfurt in seinen  
besonderen Schutz und bestätigt ihm alle seine Besitzungen und  
Gerechtigkeiten, am 21. Mai 1545.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

litz, Prior, derselben Güter genossen, inne gehabt und gebraucht etc. Cölln an der Spree, Sonnabends nach Paschae, Christi unsers lieben Herren Geburth 1540.

Axungiae Historia inaugurationis Vniu. Frankof., S. 28.

CXXXV. Kaiser Karl V. nimmt das Karthäuser-Kloster zu Frankfurt in seinen besonderen Schutz und bestätigt ihm alle seine Besitzungen und Gerechtigkeiten, am 21. Mai 1545.

Carolus quintus, diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus ac rex Germanie, hispaniarum vtriusque Sicilie, Iherosolimae, hungarie, Dalmatie, Croatiae, Insularum Balearum, sardinie etc. — Ad futuram rei memoriam recognoscimus pro nobis et successoribus nostris Romanorum Imperatoribus et regibus ac notum facimus tenore presentium vniuersis. Cum imperialem deceat clementiam subiectorum et praesertim personarum diuino cultui deditarum, que sub habitu regulari abiectis mundi illecebris domino virtutum famulari decreuerunt, piis votis annuere iustisque petitionibus consensum prebere; hinc est quod cum pro parte honorabilis et religiosorum deuotorum nobis dilectorum patris et Conuentus Carthusie misericordie dei prope oppidum francphordense cis oderam, lubucensis dioecesis, nobis supplicatum sit, Quatenus de nostra solita clementia Ipsos et monasterium seu Carthusiam prefatam successoresque suos, eorum homines, subditos, res atque bona in nostram et imperii sacri protectionem et saluaguardiam suscipere et eis omnia et singula priuilegia litteras, libertates, concessiones, donationes et gratias, Que et quas a diue memorie romanorum Imperatoribus et regibus aliisque principibus et christi fidelibus, Et praesertim a quodam Jodoco, frederico primo et frederico secundo ceterisque marchionibus Brandenburgenlibus obtinuisse eorundemque possessionem hactenus habuisse, Necnon consuetudines laudabiles, quibus vsi fuisse noscuntur, approbare, ratificare, Innouare et confirmare gratiosius dignemur. Nos itaque dictorum patris et Conuentus prefate Carthusie supplicibus precibus pro innata nobis benignitate annuentes, attenta in primis laudabili eorundem vite et religionis obseruantia, Necnon singulari deuotione, qua nos prosequuntur, ex certa scientia, auctoritate nostra Romana Cesarea, pro nobis successoribusque nostris in imperio, prefatos patrem et conuentum dicte Carthusie successoresque eorum vna cum hominibus ipsorum subditis, bonis et rebus vniuersis et singulis in specialem nostram et Imperii sacri protectionem et saluaguardiam recepimus et assumpsimus tenore presentium recipimus et assumimus, Eisque omnia et singula libertates, concessiones, donationes, litteras et gratias ipsis vel maioribus suis tam a diuis Romanorum Imperatoribus et regibus, quam alijs principibus et christi fidelibus, Maxime a prefatis Marchione Jodoco et frederico primo, Necnon secundo et iuniore ceterisque Marchionibus Brandenburgenlibus rite recteque concessa et tradita, concessas et traditas, in omnibus suis tenoribus, punctis, clausulis et articulis, que et quas hic pro insertis habere volumus, approbauimus, ratificauimus, Innouauimus et confirmauimus, prout tenore presentium approbamus, ratificamus, Innouamus, concedimus atque confirmamus; Nosstrisque tamen et imperii sacri ac cuiuslibet alterius iuribus in

premissis semper saluis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostre protectionis, approbationis, ratificationis, Innouationis, concessionis et confirmationis, gratie ac voluntatis paginam infringere vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem id attemptare presumpserit, nostram et Imperii sacri indignationem grauissimam et penam viginti Marcarum auri puri, totiens quotiens contrafactum fuerit, se nouerit irremissibiliter incursum, Quarum medietatem fisco nostro Imperiali reliquam vero partem Iniuriam passorum decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra sub scriptarum et sigilli nostri appensione munitarum. Datum in ciuitate nostra imperiali wormacia, die vigesima secunda mensis maii, Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Imperii nostri 25 et regnorum nostro tricesimo.

Carolus. Ad mandatum Cesaree et catholice maiestatis proprium Johannes Oberburger. Aufcultata et collationata est prefens copia per me henricum Gramekaw publicum Sacra Apostolica et imperiali auctoritate notarium, Que concordat cum originali suo de verbo ad verbum, Quod attestor ego hac mea propria manu.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 126.

I. Einiges...  
II. Einiges...  
am 22 Juni 1386